



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem  
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.  
vsque ad CXIV.

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1620**

Argumenta Scoti petita ex ratione principij constituentis. cap. 7.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

constituta. Respondeo in relationibus creatis verum esse id, quod Scotus assumit in maiori: at in diuinis est alia ratio. Cum enim illae sint substantialiter, & subsistentes: ipsae ita substantialiter complectuntur essentia, & determinatur ad rationem personae, ut per eam substantialiter constituantur persona, simulque substantialiter ad aliam referatur; dum ergo constituitur, hoc ipso formaliter refertur, & contra.

Arguit secundo hac ratione. Omne compositum supponit partes componentes, & unionem ipsarum, etiam si sit compositum per accidens: homo enim supponit corpus, & animam, & eorum unionem, ut aliquid prius, & albi supponit corpus, & albedinem, item eorum unionem: ergo relatum supponit rem, quae refertur & relationem, & unionem utriusque: id autem quod refertur in diuinis est persona, ergo prius est persona, quam refertur.

Ad argumentum respondeo, eo solum probari essentiam & relationem quodammodo supponi, ut aliquid prius, personae: non tamen prius esse personam, quam personam relatum. Quia persona relata non resultat ex persona, & relatione, quod ipse Scotus probare deberet, & non gratis assumere: sed ex essentia & relatione: eo quod eo ipso constituitur persona ut persona, & ut relata, ut proxime dicebamus. Porro quamuis essentia supponatur, ut prius, ipsa tamen relatio non potest supponi: quia cum relatio non intelligatur esse, nisi in aliquo, & mox ut intelligitur in essentia, intelligatur persona, non potest prius intelligi relatio habens, quam intelligatur persona. Deinde etiam in compositis ex substantia, & formis accidentariis, quae semper intelliguntur inesse, & earum esse est inesse, non prius intelligitur forma inexistens, quam intelligatur compositum ex subiecto, & forma illa accidentaria, ut manifestum est.

Tertio arguit Scotus, quia relatum formaliter refertur ad absolutum: ergo pater in diuinis refertur ad filium secundum esse absolutum ipsius: prius ergo est persona per absolutam proprietatem, quam sit filius. Verum de hoc argumento fusius tractabitur in disp. seq.

Quarto arguit. Omnis relatio realis supponit extrema realiter distincta, & constituta: ergo & diuina relatio paternitatis supponit extrema constituta: ac proinde ipsa non constituit, nec distinguit personam. Sed eodem modo respondetur, hoc solum proprium esse relationis accidentariae: at vero substantialis relatio, quae asserti suppositum, ipsa quoque distinguere potest extrema, & constituit. Tadem urget nos Scot. hoc modo, Relatio, ut relatio, est ad aliud: ergo vel paternitas est ad aliud distinctum filiatione, vel aliquo alio: si ad aliud sola filiatione distinctum, ergo si aliquis vellet probare, in Deo non esse relationem realem, hoc modo deberet probare. Haec relatio non est ad aliud reale: ergo non est realis: esset autem manifesta peritio principij, quia perinde esset dicere, non est ad aliud reale, atque dicere, haec relatio non habet ad aliam relationem realem oppositam. Inde autem non recte quis inferret, Ergo non est realis, quia in suo argumento videretur, petere principium. Verum obiectio Scoti friuola est, quia cum aliquis sic assumeret, haec relatio non est ad aliud, non peteret principij, quia solum diceret, illam relationem non esse ad aliud distinctum realiter, siue per relationem oppositam, siue alio modo. Et quam-

diceret distinctum realiter per relationem oppositam, non peteret principium, sed recte argueret, ut patet.

## CAPVT VI.

Argumenta Scoti petita ex ratione principij constituentis.

Ex tertio medio, quod praecedenti cap. proposuimus, primum sic arguit Scot. Principio constituenti repugnat diuidi in plura, veluti principio constituenti specie repugnat diuidi in plures species, quia principium constituens reddit rem omnino incommunicabilem, eo modo quo ipsam constituit: ergo & principio constituenti personam repugnabit pluribus communicari: siquidem facit se toto rem incommunicabilem: paternitas autem & relatio quaecunque in diuinis communicabilis est naturae suae: est enim quaedam quiditas relatiua, omnis autem quiditas communicabilis est: ergo nequit esse principium constituens personam. Dicat aliquis, relationem quidem ex se communicari posse, ab essentia tamen habere incommunicabilitatem. Hoc tamen est manifeste falsum, nam spiratio, quae ex se communicari potest, non redditur incommunicabilis ab essentia: ergo eadem ratio erit de aliis relationibus, praesertim de opposita relatione, quae est spiratio. Tum etiam quando duo aliquid constituunt, neutrum illorum accipit ab alio modum illius, quem habet in constitutione: veluti homo collat materiam ut potentia, & forma ut actum: & tamen nec forma accipit a materia potentia, nec materia a forma ratione actus, sed ipsa forma ut actum constituitur. Adhuc, quia rationale constituit hominem, ut simplicissimus conceptus, & vltimus terminus illius, talis naturae est, ut quaecunque impossibili hypothese facta nihilominus maneat semper indiuisibilis, si totus conceptus illius maneat. Veluti, si supponamus rationale posse aliquid de nihilo creare, aut esse differentiam caloris, rationale incommunicabile manet pluribus speciebus: at si supponamus priorem processionem in Deo esse per voluntatem, & posteriorem per intellectum, manente integro conceptu paternitatis, ut paternitas est, illa esset in duobus suppositis, in patre nimirum, & Spiritu sancto, & uterque esset pater filij: ergo signum est paternitatem sub ratione paternitatis non esse incommunicabilem.

Respondeo, paternitatem in vniuersum, ut a nobis nominatur, esse quiditatem quandam, quae communicari potest: vniuersae enim comprehendimus tam creatam, quam incretam: creata autem communicari potest: at vero paternitas diuina, etiam si concipiatur, ut quiditas quaedam est, suapte natura nequit communicari: id quod non habet ab essentia, sed a se ipsa formaliter: tamen se ipsa idem sic cum essentia. Cum vero eam distinguimus ab essentia, concipimus illam ut modum essentiae particularem, qui reddit essentiam incommunicabilem; facta vero ea hypothese, quam dicit Scotus, esset sane paternitas in duabus personis, sicut nunc est spiratio; & non esset proprietas personalis vltima, quia communis esset, sicut nunc spiratio non est proprietas: esset tamen tunc alia paternitas, quam nunc est. Ea enim, quae nunc est, suapte natura est relatio vnius ad vnum; veluti si Spiritus sanctus a Patre solo procederet, actiua spiratio alterius esset proprietatis, quam nunc est. Nos autem loquimur de paternitate, quae de facto Deo conuenit;

Primum arg. ad probandum relationem non esse primum constituens personam.

29.

Respondetur ad argum.

30.

cōuenit; ideo argumenta Scoti, quantumvis subtilia videantur, inania sunt.

*Secundum  
argumentum  
Scoti.*

31.

Præterea arguit Scotus ex eodē medio, hac ratione: à paternitate, filiatione, & processione abstrahi potest conceptus communis, non tantum secundum, ut aiunt, intentionis, qualem nonnulli putant esse cōceptum formæ hypostaticæ, & modi incommunicabiliter subsistendi: verum etiam conceptus realis, & quiditativus primæ intentionis, nimirum conceptus relationis: relatio namque quiditativè respicit paternitatem, & filiationem, & processionem: atqui hoc videtur esse contra rationem ultimi constituentis; hoc enim debet esse aliquid omnino simplex: nam quamvis id, quod constituit ultimo secundum rem, debeat esse tantum simplex secundum rem, licet ipsum ratione constituitur, ut anima, quæ re ipsa non constituitur: per rationem tamen constitui potest, quia solum est ultimum constituents secundum rem: tamen id, quod ultimo constituit etiam secundum rationem, qualis est personalitas, debet esse omnino simplex, etiam secundum rationem.

*Hoc argumē-  
tum in Scoti  
sententia mi-  
hil probat.*

Verum hoc argumētum primo quidem in doctrina Scoti, qui putat personas constitui ex natura rei, essentia, & proprietate, ut ultimo constituyente, non multum habet momenti. Nam, ut relatio sit ultimum constituents ex natura rei, satis est, si ex natura rei ipsa relatio non constituitur, nec amplius contrahatur: nihil tamen obstat, si ipsa constet conceptu communi & particulari, quia sufficit, si in eo genere, quo constituit, ipsa amplius non constituitur, nec determinetur.

Secundo concedo cum Caiet. supra q. 27. art. 4. ad 4. dubium, & q. 30. art. 4. posse abstrahi ab originibus & relationibus conceptui communem quasi generis, & particularem quasi speciei: addo tamen, hoc nihil obesse, quo minus relatio sit ultimum constituents personam, veluti si albedine & nigredine aliqua persona constitueretur, possemus quidem ab utroque constituyente rationem coloris abstrahere: id autem nihil obstat, quia ut aliquid sit ultimum constituents in eo genere, necesse est ipsum amplius non posse constitui eodē genere constitutionis: velut differentia atomi, quæ ultimo constituit speciem hominis ut rationale non potest amplius constitui genere & differentia, quia non esset ipsa ultimum constituents in eo genere: at vero idemmet rationale constitui potest realiter ex materia & forma: utraq; enim complectitur, quia in genere constitutionis realis physice non est ultimum constituents: sed forma, quæ in eodem genere amplius non constituitur, est ultimum constituents physicum: ergo potest eodem modo relatio ultimo constituere personam determinando essentiam ad esse personale, dummodo ipsa à nobis amplius alia personalitate non determinetur & constituitur: tamen si duplici conceptu, nempe generis & diff. æque, & utroq; constituitur.

*Solutio vera  
argumenti  
secundi.*

Addo tertio cont. Caiet. abstrahi non posse à nobis conceptu communem uniuocū à diuinis relationibus, ut dixi disp. 114. c. 2. in relatione est duplex conceptus in, & ad, qui ita inter se comparantur, ut conceptus in sit transcendens, & includatur necessario in conceptu ad; quia ad sine in nequit cogitari. Quocirca relatio diuina utroq; habet: quia tamē substantialis est, à nobis concipitur, non quasi per se subsistens, sed ut modus substantialis ipsius naturæ: neq; alio modo explicari potest cōceptus,

in relationis diuinæ: hic autē conceptus aut formæ hypostaticæ, aut modi subsistendi est denominatiuus, ut veluti secundæ intentionis, ut seq. disp. c. 3. ostendimus: ideo nequit à relationibus diuinis abstrahi commune quiditativè, sed solum denominatiue. Conuenit autem nobiscum ipse Scot. in 1. d. 23. q. 1. in fin. cum asserit, nihil commune quiditativè abstrahi posse à tribus personis, sed commune quasi proprium: proprium autem denominationis prædicatur, de quo iam diximus disp. 130.

## DISPV. CLIX.

Qua ratione relatio constituat diuinam personam.

*Nodus difficultatis in præsentī controuersia, c. 1.*

*Opinio Caietani, & Canariensis, c. 2.*

*Quid senserint Capreolus, & Canariensis, c. 3.*

*Durandi, & Gabrieli sententia, c. 4.*

*Exponitur verior sententia, c. 5.*

*Satisfit argumentis Scoti in 1. c. allatis, c. 6.*

*Diluuntur alia argum. quæ nobis opponi possunt, c. 7.*

## CAPVT I.

*Nodus difficultatis in præsentī controuersia.*

Propter argumenta, quæ Scot. de promittere secundo medio, quod commemorauimus c. 6. præcedentis disp. necesse fuit præsentem quasi instituere. Ea namque argumenta vixque adeo excernerunt Thomistarum ingenia, ut in variis opinionibus eos diuiserint. Argumenta vero Scoti desumpta sunt ex comparatione producens cum producto, & relationum cum originibus.

Imprimis comparans Scotus producens cum producto, primo sic argumentatur. Omne produciens prius est, quam productum, non quatenus actu producit, sic enim ad productum refertur & ideo simul cum eo est: sed quatenus est talis naturæ, aut proprietatis, ut producat: ergo persona prior est, quam producta, non sicut actu produciens est, sed se undum relationem & proprietatem, ut producat: quare priusquam intelligatur actu produciens, iam est persona: tunc autem non potest esse constituta relatione, hæc enim confugit ex productione: ergo est constituta absoluto. Secundo, si personæ secundum rationem personæ sunt relata, nihil aliud erit patri producere, quam habere filium: nam pater eo est pater, quo habet filium: ergo ex se ratione solius suæ personæ nulla intellecta origine habet filium: frustra igitur posuimus origines. Tertio, prius produciatur absolutum, quam conflatur relatio: nam ad relationem non per se motus est 5. Physic. textu 10. ergo persona, quæ produciatur prius est absoluta, quam relata: tunc igitur iam erit aliquo absoluto constituta.

Deinde conferens relationes cum originibus arguit etiam dupliciter. Primum, omne appellationis, quod est principium operationis, seu productionis, intelligitur ante operationem: quia priusquam operari, intelligitur ante operationem: ergo priusquam intelligatur, sub relatione producens, intelligitur constitutum: quare non potest constitui relatione illa, sed aliquo absoluto: quia nulla alia relatio est, quo possit constitui. Præterea, relatio est veluti forma personæ diuinæ quatenus persona est: omnis autem forma prius intelligitur, quam res, cuius est forma, & quam constituit: ergo prius intelligitur